



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. Francisci Bonaldi Societatis Iesv Theologi, Divina
Ecclesiae Oeconomia**

Bonald, François

Coloniae, 1611

VIII. De modo pulcherrimo & conuenienti quo Christus in funcatione
Ecclesiae suæ sanctæ vsus est.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-48916](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-48916)

CAPVT OCTAVVM.

De modo pulcherrimo, & conueniente
quo Christus in fundatione Eccle-
siae suae sanctae vsusest.

CHRISTUS IESUS, qui est aeterna
Sapientia Patris, non ignarus
mitatis humanae; & sciens id quod re-
pigitur iuxta dispositionem recipiens
cipi; conueniens iudicauit, si hominibus
suam gratiam, ac specialia auxilia mo-
naturae eorum proportionato com-
unicaret: Cum itaque familiam suam institu-
ret, & domesticos eius ad perfectio-
nem spiritualem dirigeret, iisdem medijs
est, qualia ciuitatis alicuius fundam-
ta iacientes, & ciues ad ciuilem perfe-
ctionem ordinantes, adhibere solent. De
hoc pulchre suo more doctor
angelicus, cuius verba pono, In vita
corporali, inquit, dupliciter aliquis per-
sequitur, uno modo quantum ad personam proprie
altero per respectum ad totam communem
societatis in qua uiuit. Respectu autem
suis persequitur homo in vita corporali
dupliciter; uno modo per se, scilicet
quirendo aliquam perfectionem;
modo per accidens, scilicet remouendo

Numerus
Sacramen-
torum.

D. Thom.
p. 3. q. 65.
a. 1.

pedimenta vita. Per se autem perficitur corporalis vita tripliciter: Primo per generationem, per quam homo incipit esse, & viuere; & loco huius in spirituali vita est Baptismus, qui est spiritualis regeneratio iuxta illud ad Titum 3. Per Tit. 3. lauacrum regenerationis, &c. Secundo per augmentum quo aliquis perducitur ad perfectam quantitatem & virtutem: & loco huius in spirituali vita est Confirmatio, in qua datur Spiritus sanctus ad robur, vnde dicitur discipulis iam baptisatis, Sedete in ciuitate quoad usque Luc. ult. induamini virtute ex alto. Tertio per nutritionem, qua conseruatur in homine vita & virtus: & loco huius in vita spirituali est Eucharistia. Vnde dicitur Ioan. 6. Ioan. 6. Nisi manducaueritis carnem filij hominis & biberitis eius sanguinem non habebitis vitam in vobis. Et hac quidem sufficerent homini, si haberet corporaliter & spiritualiter impassibilem vitam: Sed quia homo incurrit interdum corporalem infirmitatem per morbum; & spiritualem per peccatum, ideo necessaria est homini curatio ab infirmitate: Quae quidem duplex est, vna sanatio, quae sanitatem restituit: Et loco huius in spirituali vita est poenitentia,

D 2

secun.

Psal. 40. secundum illud psalmi, Sana animam meam, quia peccauit tibi. Alia est restitutio valetudinis pristinae per conuenientem dietam & exercitium; & loco huius in vita spiritali est extrema unctio quae mouet peccatorum reliquias, & hominem paratum reddit ad finalem gloriam.

Iacob. 5. dicitur, Et si in peccatis sit dimittente ei. Perficitur autem homo in ordine totam communitatem dupliciter; Vno modo per hoc, quod accipit potestatem regendi multitudinem, & exercendi publicos actus. & loco huius in vita spiritali est sacramentum Ordinis, iuxta illud Sacerdotes

Hebr. 7. tes hostias offerunt non solum pro se, sed etiam pro populo. Secundo perficitur quod naturalem propagationem. & hoc sit per matrimonium, tam in corporali, quam spiritali vita, eo quod non sit solum sacramentum, sed etiam naturae officium. Hucusque D. Thomas pulcher in modis quibus Christus ecclesiae suae domesticos ad perfectionem spiritali perducit.

Effectus sacramentorum.

Aduerte autem hos modos, baptismi, & ceteros, sacramenta nouae legis esse; quae praeter proprios suos, & peculiare effectus, hoc commune habeant

habeant, quod gratiam conferant, quā Doctores iustificantem, efficacem, & incomparabilem indigent, quod nulli ceremoniæ quantumvis sanctæ conuenit: Nam verum quid est, sacramenta veteris legis sancta fuisse: certum tamen insuper est, iuxta communem Ecclesiæ doctrinam, quod gratiam non contulerint: cum nouæ legis sacramenta gratiam, quam per Christum conferendam illa significabant, hæc actu conferant, modo in suscipiente obex non ponatur, aut indignè accendatur.

Aduerte secundò singula sacramenta sua materia & forma constare, id est: re aliqua sensibili, qualis est in baptismo aqua, in Eucharistia species panis & vini: & determinatis quibusdam verbis, cum debita intentione à ministro prolatis.

Sacramēta materia & forma constant.

Quare.

Si quæras, cur Christus sua dona spiritualia signis materialibus alligauerit, quod nequaquam opus erat, cū absque illis eadem dona nobis communicare potuerit? Respondebo, ita eum voluisse, vt summam suam Sapientiam, ac Prouidentiam ostenderet, vt i

D 3

ex sub-

Isaie. 54.

Homil.
Co. ad po-
pul. An-
tiocha.

ex subnexus rationibus ad oculum pa-
rebit, & quasi digito monstrabitur: Po-
fito enim q̄ potuerit, sicuti etiã modo
potest Deus absq; illius signi sensibi-
lis adminiculo gratiã cõferre, cū ma-
nus eius, vt ait Propheta, *abbreviata non*
sit; voluit tamen eiusmodi signa adhi-
bere; Primò, vt per hæc exteriora signa
facilius, perfectiusq; naturã & energiam,
seu efficaciam interioris gratiæ, quibus
nobis sacramenta conferunt, intelligere-
mus: allegant hanc rationem etiam
Patribus multi, & inter eos Chryso-
stomus, cum hõminem alloquitur di-
cens, *Si incorporeus esses nuda & incor-*
porea tibi dedisset dona: sed quoniã anima
corpori inserta est, in sensibilibus intelligi-
bilia tibi prabet. Secundò, quia conuenie-
bat, vt is qui per peccatũ læsus fue-
rat, à bono illo Samaritano Iesu Chri-
sto, visibilia remedia acciperet, quibus
debito modo adhibitis, sanatum se
& pristinae valetudini restitutũ cer-
to credere possit, & consolari, atq; de
cætero in tranquillitate, & quiete
spiritus viuere. Adde tertio, hæc
signa exteriora per modũ tesserae mili-
taris nobis seruire, vt & Christiani

hoc

hoc signo se mutuo internoscant, & ab omnibus alijs profanis, & exteris distinguant. Nam vt inquit Augustinus, *In nullum nomen Religionis, seu verum seu falsum coagulari homines possunt nisi aliquo signaculorum, vel sacramentorum visibilium consortio colliguntur.* *Aug. l. 19. contra Faustum. c. 11.*

Vt Christiani fidem suam exterioribus quibusdā signis profiteantur, & se mutuo amēt, ad quæ sacramenta admodū utilia sunt. Nam dum ea suscipimus, fidem quam interius credimus, exterius profiteamur: & vix dum fieri potest, quin nos mutuo ex intimo cordis affectu amemus, qui de iisdem sacramentis, sicut de eodē alimēto participamus.

Denique voluit Christus nos suam gratiam mediantibus corporalibus recipere, vt nos in humilitate, quæ omnis virtutis fundamentum est, exerceat: & quia homo rebus corporalibus se subiiciens à Deo separatus est; ita vt ad Deum redeat, vt pius quidam Doctor aduertit, necesse est, vt se iisdem iterum humilians subiiciat.

Atque hæc sunt potissimæ rationes, omittis alijs, quibus diuinus ille

D 4

Eccle-

Ecclesie nostrae Architectus permittit, nobis signa sensibilia tanquam gratiae suae consequenda instrumenta contulerit: Sapientiam itaque eius admirantes, bonitatem laudemus, & amemus, qua Ecclesia sua de tam commotis, efficacibus, ac facilibus sacramentis, & ad salutem remedijs prouidit.

Superius tetigimus veterem Synagogam multas exteriores caeremonias habuisse, quae nihil erant, nisi umbrae & futurorum figurae, & ex se nullam virtutem habebant, ut patet ex Apostolo, qui eas vocat infirma & egenamenta: & Augustino, dum ait, *Diversi sunt genera sacramentorum: Noua enim legis sacramenta salutem dant, veterum vero Saluatorem promittunt: atque haec antiqua mutata sunt & ad minorem numerum redacta; facilia quoque salubriora & felicitiora reddita:* quibus verbis praerogatiuam Ecclesiae praesynagoga, quod sacramenta spectat, exponit: Vnde & alibi nos monet ea non esse contemnendum, cum inquit, *Quorum sacramentorum vis inenarrabiliter ualeat plurimum, & ideo contempta sacrilegos facit: Impie enim contemnitur,*

*Galat. 4.
Aug. sup.
Psal.*

*Aug. lib.
19. contra
Fau. c. 11.*

sine

sine quo non potest perfici pietas.

Ex quo ulterius colligere licet, Si *Impietas* impietas sit & sacrilegium sacramen-
 ta Ecclesie contemnere, multò maxi-
 mum scelus esse, ea demoliri, abolere,
 & totaliter ac penitus eradicare, & ex-
 stirpare; quod moderni heretici, aut
 faciunt, aut facere conantur. Quid e-
 nim aliud hoc est, quàm columnas super
 quas æterna Sapiëntia in tẽpore suã ec-
 clesiam fundavit velle evertere? quid
 aliud est, quam canales & tullios per
 quos fons omnis boni Deus, incessan-
 ter in filios Ecclesie, sua gratiarũ dona
 diffundit, aut rumpere velle, aut diffi-
 pare: Impietatis huius primarius incẽ-
 tor est Sathã, salutis animarũ osor &
 hostis; videt enim absque hoc sacra-
 mentorũ auxilio, maximã Christiano-
 rũ partem æternũ periturã fuisse, ideo
 per ministros suos, ac satellites; hære-
 ticos scilicet & alios atheos eadem a-
 bolere, & destruere nititur. Verum
 Christus, qui ea instituit, eisque effu-
 sione sanguinis sui pretiosissimi virtu-
 tẽ, & efficaciam indidit, eadem contra
 omnem assultum diaboli, ac satellitũ
 eius facillimẽ tuebitur, & Ecclesie sue

• D 3.

confer-

eorum quã
sacramen-
ta reij-
ciunt.

conseruabit. Nos autem, qui mediis
 tibus sacramētis in ecclesiam recep-
 sumus, & modo adhuc in ea conseru-
 inur, ne utiquā cessemus immortale
 gratias Deo agere, & hæc ipsa frequen-
 ter, qua possumus deuotione suscipi-
 re: Multa sunt, quæ hanc deuotionem ex-
 citare queant; sed præcipuū erit, si pa-
 ticularim consideremus, quam sapienter,
 & sanctè singula sacramenta institu-
 ta sint; & quem quodque fructum
 tam corporalem, quam spirituales
 conferat.

CAPIT NONVM.

*De singulari gratia quam in baptismo
 & Confirmatione reci-
 pimus.*

Genes. 3.

Ephef. 2.

Nisi primus homo sui penitus ob-
 litus debitam Deo creatori su-
 obedientiā negasset; neq; peccatū ori-
 ginale nos, qui ei⁹ genus sum⁹, infectū
 set; neq; natura filij iræ nasceremur,
 prout nūc nos nasci asserit Apostolus.
 Patrato autē peccato quid de eo iā in-
 quirimus, nisi malo huic conueniens
 remediū offeramus? Habemus; Instituit
 enim Christus in huius peccati me-
 delā sacramētū baptismi, vt per exte-
 riorem